



# Specimen juridicum inaugurale, sistens quaedam de tabulis status civilis secundum articulum 13 C.c.N.

<https://hdl.handle.net/1874/321383>

SPECIMEN JURIDICUM INAUGURALE,

**SISTENS QUAEDAM**

DE

TABULIS STATUS CIVILIS SECUNDUM  
ARTICULUM 13 C. C. N.



SPECIMEN JURIDICUM INAUGURALE,

SISTENS QUAEDAM

DE

TABULIS STATUS CIVILIS SECUNDUM  
ARTICULUM 13 C. C. N.,

QUOD,

ANNUENTE SUMMO NUMINE

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

HERM. JOH. ROYAARDS,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

**PRO GRADU DOCTORATUS,**

SUMMISQUE IN JURE ROMANO ET HODIERNO JURIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,

PUBLICO AC SOLEMNI EXAMINI SUBMITTIT

GULIELMUS JOANNES TEN HOET,

NOVIOMAGENSIS.

AD DIEM XXX JUNII MDCCCXLIX, HORA I.

IN AUDITORIO MAJORI.



AMSTELAEDAMI,

EX OFFICINA C. G. VAN DER POST.

MDCCCXLIX.


и възможнѣиа и мѣдѣніиа

D. M.

ET. PIAE. MEMORIAE.

**G. T E N. H O E T. J. F.**

PATRIS. OPTUMI. CARISSIMI.



NEC. NON.

C. H. W. Baronae. LOCHMAN. VAN. KÖNINGSFELDT.

MATRI. DILECTISSIMAE.

AD. ROGUM. USQUE. COLENDÆ.

Ich habe da'n Büchel geschrieben und bring's Ihnen her.

Machen Sie mit was Sie wollen.

Claudius, Wandsbecker Bothe.

---

QUAEDAM DE TABULIS STATUS CIVILIS  
SECUNDUM ARTICULUM 13 C. C. N.

---

De Tabulis Status Civilis jam somniavisse veteres , hic illuc apparent vestigia.

Sic Athenis alba publica habita fuerunt , in quibus nomina puerorum , ex parentibus liberis natorum , vel ab iis adoptatorum , inscribebantur (1).

Apud Romanus jam Servium Tullium cum censu etiam *tabulas publicas* instituisse , ad notandos ortus , matrimonia et sepulturas , affirmit Dionysius Halicarnassensis .

---

(1) Vid. LAMBERTI BOS , *Antiquitatum Graecarum, praecipue Atticarum, descriptio* , Part. IV. Cap. 5. num. 11. et ibi notae Leysneri.

Idem institutum longo tempore post ab Imperatoribus Romanis renovatum denuo et magna cum cura exultum fuit: de qua re Latinorum scriptorum loca collegit Justus Lipsius in Excursu ad TACITI ANNALIUM lib. V.

In Medii Aevi tenebris autem, omnis se perdidit similis alicujus rei notitia. Fuerunt primi Clerici qui notionem saltem census civilis in vitam revocarunt: nec mirum; quod soli fere homines culti erant eo tempore, litteratique.

Idem obtinuit in nostris regionibus; census civilis ab Ecclesia profectus penes eam mansit, sensim sensimque tamen variis edictis (*placaten*) constitutus, coercitus et emendatus.

Ingenti rerum conversione saeculi praecedentis, principio libertatis religionis adoptato, non amplius potuit apud Ecclesiam remanere cura instrumentorum ex quibus constaret de statu personarum. Sic in Gallo-Francia lege 20 Septembris 1792 creatae fuerunt Tabulae Status

Civilis, quarum usum in nostram patriam transstulit decretum Imperatoris 8 Novembris 1810.

---

Sed non hoc erat propositum nostrum ut historiam scriberemus Tabularum Civilium. Longum foret hoc opus difficillimumque. Altius non spiramus quam ut periculum faciamus ut interpretetur unum articulum Codicis Civilis nostri quo numerus definitur habendarum Tabularum.

Aggrediamur ergo propositum et videamus quomodo conscriptus sit articulus, qua ratione illum alii interpretentur et quemadmodum nos eum explicandum esse censeamus.

Scilicet sequentia continet articulus 13: »Er  
 »bestaan in iedere gemeente registers van ge-  
 »boorten, van huwelijks-aangiften en afkondi-  
 »gingen, van huwelijken en echtscheidingen,  
 »en van overlijden.”

Cum de hoc articulo ab Ordinibns Generalibus  
 deliberabatur mota est quaestio; annon ipsis  
 Magistratibus quibus curae erant Tabulae Civiles  
*(Ambtenaren van den Burgerlijken Stand)*  
 relinquaretur facultas ut earum numerum defi-  
 nirent pro lubitu? — ad quam quaestionem res-  
 ponsum est a parte Summi Imperantis, »dat de  
 »zaak te gewiktig was om die aan de willekeur  
 »van iedere administratie over te laten, en dat  
 »de goede orde medebragt om ieder register af-  
 »zonderlijk te houden (1).

Sic decretum fuerat ut lex indicaret nume-  
 rum; id quod luculenter patet ex articulo 13

---

(1) VAILLANT, *Handboek voor de Ambtenaren van den Burgerlijken Stand*, Ed. Sec. p. 66.

C. C. quatuor nempe Tabulas tenendas esse jubens.

Sunt tamen qui contendunt praepter illas quatuor species alias Tabulas habere esse licitum, quorum sententiam in pluribus municipiis sequuntur sunt Magistratus Tabularum Civilium (1).

Et primo quidem in censem veniunt Tabulae quas dicunt Suppletoriae; scilicet, quae ad ea inserviunt recipienda quorum insertio in tabulis ordinariis nimiam haberet difficultatem.

Habemus Decretum Regium 8 Junii 1823 (2) quo jubetur ut tales tabulae conficiantur, et quo ita statuitur articulo 3, § 1:

»Voor zoo verre tot het regstreeren van eenige  
»akte of van een regterlijk gewijsde, waarbij eene  
»akte wordt verbeterd, geene ruimte in de loo-

(1) Vidd. VAILLANT, Op. laud. p. 68. VERNEDE, *Handleiding tot de Nederlandsche Wetgeving, Burgerlijk Wetboek*, et ibi ad h. a.

(2) *Staatsblad*, №. 21.

»pende registers mogt zijn opengelaten , zullen  
 »moeten worden aangelegd dubbele Suppletoire  
 »Registers , die in gelijkervoeg als de overige  
 »Registers door den President der Regtbank  
 »van eersten aanleg of den Regter , die hem  
 »vervangt , zullen moeten worden gequoteerd  
 »en geparafeerd.”

Illud autem Decretum hodie vim habere posse negamus ; contra sponte patet illud Codicis Civilis introductione anno 1838 , esse abrogatum.

Scilicet totum pertinet ad legislationem praecedentem et cum aliis dispositionibus separatis , decretis aut statutis et consilii-status Gallo-Francici consultationibus inserviebat ad cendum de iis , quorum constitutio in Codice Napoleonico desiderabatur.

Et primo quidem ut hancce nostram sententiam tueamur remittimus ad principia enunciata a Regis Ministris anno 1829 .

Quum enim demum post longos labores anno

sequenti 1830, novi Codices praeter Codicem Poenalem absoluti in lucem ederentur, et per totam patriam vim acciperent, lex lata fuit 16 Maji (1) quaedam de transitu legislationis Napoleonicae sistens ad novos Codices patrios. —

Occurrunt autem in ea lege sequentia: » Te » rekenen van den dag der invoering van het » Burgerlijk Wetboek der Nederlanden, wordt » afgeschaft en zal ophouden kracht van Wet » te hebben, het Wetboek van Napoleon, met » alle de daartoe behoorende besluiten en ver- » ordeningen. Insgelijks zijn op hetzelfde tijd- » stip afgeschaft de algemeene en plaatselijke » gebruiken in de stoffen, welke bij het nieuwe » Wetboek worden behandeld.”

Ni fallor aut ad nostrum, aut ad nullum, pertinent haecce verba argumentum. — Ut supra jam diximus non existunt definitiones de numero Tabularum Civilium in Codice Napole-

---

(1) *Staatsblad*, №. 33.

ontico. Erat Decretum citatum 8 Junii 1823, unum ex iis quae omissionibus Codicis supplerent. — Imprimis ad hoc Decretum igitur legem 16 Maji 1829 referens, credo non esse dubitandum quominus ab ea sit abrogatum.

Sed et ipsa lege praesertim nititur sententia nostra. — Non solum non praescribit, imo vero expresse vetat lex Tabulas Suppletorias.

Ad quid enim inservire debent Tabulae Suppletoriae? Ad acta recipienda quibus spatiū vacuum non esset in consuetis Tabulis et ad sententias judiciales, alicujus actus corrigendi causa lata, inserendas.

Primo quod attinet ad correctiones instrumentorum ad articulos 23 et 73 Codicis Civilis provoco.

Articulo 73 jubetur ut inscriptio similiūm correctionum a Tabularum Civilium Officialibus fiat »in de loopende registers;” porro, ut insuper de instrumenti correctione in

ipsius correcti instrumenti margine (» op den kant der verbeterde akte“) mentio fiat. Indicare, quomodo hac in re sit procedendum propositum est articuli laudati 25. De Judiciis qualia cogitat Decretum citatum sermo est in articulis 66, 69 et 73 C. C. Ubique, in his tribus articulis, lex praescribit ut inscriptio fiat: »in de loopende registers“ id est: ut eodem die, quo apud Magistratus producuntur, in una ex quatuor consuetis Tabulis, articulo 13 constitutis, inscribantur.

Apparet enim hoc ex articulo 16 C. C. qui commendat ut acta inscribantur deinceps, continuo, nullo spatio vacuo relicto: »De akten zullen achter elkander in de registers worden ingeschreven, zonder dat eenig wit vak tussen beiden zal mogen worden opengelaten.“

Quales sint tabulae citatae docet articulus 13: alias quam hic enumeratas ignorat codex.

Aut fallimur, aut his praemissis satis demon-

stravimus non posse in concordiam redigi Decretum 8 Junii anni 1823, cum articulo 13 Codicis Civilis Hodierni; nec non eos, nostra sententia, errare qui hanc morem hodierna legislatione non esse abrogatum sentiant.

---

Monenda jam nobis quaedam supersunt ad tabulam » van huwelijs-aangiften en afkondi-  
» gingent.”

Codex talis qualis mox promulgandus videba-  
tur lege 16 Maii 1829, — lucem numquam vidi.

Quum enim jam ante multi, tam ex iis qui Ordinibus Generalibus erant adscripti quam alii, speravissent, ut priusquam introducerentur novi Codices, revisionem subirent generalem — id quod Provinciarum Meridionalium non sinebant desiderata — repente tali revisioni locum dedit, imo vero eam reddebat necessariam, earundem Provinciarum a parte Septentrionali

sejunctio , quae etiam causa fuit cur non nisi 1  
Octobris 1838 novae leges promulgatae fuerint.

Jam paullo post 16 Decembris 1838 apparuit Decretum (1) statuens : » dat de ambtenaren van den Burgerlijken Stand , die zulks mogten verlangen, het register van huwelijks-aangiften en afkondigingen in twee afzonderlijke deelen zullen kunnen splitsen en houden , waarvan het eene tot de inschrijving der akten van huwelijks-aangiften en het andere tot die van huwelijks-afkondigingen zal bestemd zijn ; zulende ieder dier onderdeelen van het register afzonderlijk moeten worden gekantteekend , ge- waarmerk en bij het einde des jaars gesloten . ”

Unusquisque qui accurate Decretum legit , facile observabit ejus verba ita esse conscripta , ut fingant tabulam *unam* manere eamque autem *scindi* in duas partes . Nam adhibitae sunt ex quibus hoc est manifestum locutiones quales

(1) *Staatsblad* , №. 44.

sunt twee afzonderlijke *deelen*; *het register*; *onderdeelen* van *het register*.

Minime gentium autem sic *scinditur* tabula in duas partes; revera juxta constitutam *nova* oritur tabula et fit quasi lex diceret:

Er bestaan in iedere gemeente registers van geboorten, van huwelijks-aangiften, van huwelijks-afkondingen, enz.

Dico pro *una* sic *duas* oriri tabulas; eadem enim habent requisita quae ceterae; debent ambo in margine notari, ambo pro veris signari, ambo quovis anno praeterlapso claudi. Ecce causa in ipso decreto allata:

» Willende wegnemen de moeijelikheden, die » er, vooral in volkrijke gemeenten, zouden » kunnen ontstaan, indien de akten van huwe- » lijsks-aangiften en afkondingen in één register » door elkanderen, en volgens de orde van der- » zelver dagtekeningen moeten worden inge- » schreven. »

Plus quam verisimile est tamen eandem difficultatem, de qua mentio fit in Decreto, etiam tres menses antea exstisset. Cur quaequo ergo non ea de re cautum est in ipsa lege? Aut definiebat lex numerum Tabularum Civilium aut non definiebat. Jam definiebat; quaerendum igitur erat quid lex statueret, non quid melius fortasse fuisset aut majoris commodi.

Decreta Regia legem neque corrigere possunt neque supplere.

Num non et ipse Justitiae minister illam sententiam professus est quum in litteris in omnes partes missis (*circulaire*) (1) ante promulgationem Codicis sequentia diceret, loquens de Tabulis Status Civilis:

» Alleen het register van huwelijks-afkondingen, voor zoo ver daartoe gedrukte modellen worden gebezigt, zal door een ander

---

(1) *Circulaire van Zijne Excellentie den Minister van Justitie van den 25<sup>sten</sup> September 1838, №. 18.*

»moeten worden vervangen, omdat voortaan  
 »daarin ook de akten van huwelijks-aangiften  
 »moeten worden ingeschreven.”

Praeclare ita commendat Magistratibus Status Civilis ut legis praecepta anxie sequantur.

T A N T U M .

---

## THESES.

---

### I.

Tutelam perpetuam mulierum, Jure Romano antiquiori, non ex Atticis duxisse originem institutis, verum potius ex ipsis Romanæ gentis indeole repetendam esse, contendō.

### II.

Ad constituendam servitutem opus non est aliqua quasi-traditione.

### III.

In casu quem praevidit articulus 464 al. 2. C. M. N. si forte non antea inter se convenerint exercitor et nauta de praemio, dicto *kaplaken*, quod nautae supra naulum solvere moris est, secundum Jus Maritimum Nostrum, minime ob hanc solam causam liberandus est exercitor quominus istiusmodi praemium solvat.

### IV.

Jus transmissionis ex L. 19. C. de Jure delib. excludit substitutum, non obstante L. 72. D.D. de adquir. hered.

### V.

Locator in res, in quas ei articulo 1188 C. C. N. privilegum conceditur, eodem etiam tunc gaudet privilegio, iisdem scilicet coercito conditionibus, si res tertio sint venditae.

## VI.

Laudo sententiam quam expressit RAMON DE LA SAGRA, in *Aphorismes Sociaux*, Aphorisme 9, hisce verbis: „La liberté est la soumission des passions à la raison.”

## VII.

Assentior viro Clarissimo DEN. TEX dicenti in Bijdragen tot Regtsgeleerdheid 1831, 1832, pg. 40. » Regters alleen zijn waarlijk » onbevoegd tot de beslissing of er zielsziekte aanwezig is, al » dan niet.”

## VIII.

In articulo 129 C. P. verba: „crimes ou délits commis dans l'exercice de leurs fonctions,” strictiori sensu interpretanda sunt; quippe quae ea tantum crimina sive delicta significant, quae ex ipso muneris exercitio profiunt, verum non ea quae tempore muneris commissa sunt.

## IX.

Facio cum FEUERBACHIO dicente in Lehrbuch des Peinlichen Rechts ed. Dr. C. J. A. MITTERMAIER, Giessen 1847. pg. 41. § 19. »Jede rechtliche strafe im Staate ist die rechtliche Folge eines durch die Notwendigkeit der Erhaltung äusserer Rechte begründeten, und eine Rechtsverletzung mit einem sinnlichen Uebel bedrohenden, Gesetzes.”

## X.

Egregie Cicero de *Officis* libr. I. cap. 44:

»Nec verum est, quod dicitur a quibusdam, propter necessitatem vitae, quod ea, quae natura desideraret, consequi sine aliis atque efficere non possemus, idcirco initam esse cum hominibus communitatem et societatem.” Nam homo, natura ipse sua, ad vitam sociatam impellitur.